

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Elias Schedius


**Eliae Schedii, Cada-Bohemi Daphn, Seu Corolla laurea Poëtica : Flosculis
Epigrammatum fragrantissimis, ex Viridario Aonidum amoenissimo delibatis,
adornata**

Rostochii: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728215691>

Druck Freier  Zugang





3700.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728215691/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728215691/phys_0001)

DFG

G-3700.

~~*G-3700.*~~



12,a - 6.

ELIÆ SCHEDII,

Cadâ-Bohemij

ΔΑΦΝΗ

SEU

COROLLA LAUREA
Poëtica,

Flosculis Epigrammatum fra-
grantissimis, ex Viridario Aoni-
dum amoenissimo delibatis, ador-
nata.

Perpetuâ floret Laurus Parnassia fronde,
Svavisonæq; manet laus sine fine Lyre.
Hinc, certatim omnes dum auri rapiuntur
amore,
Auri ego lamellis præfero divicias.



ROSTOCHII,

Typis JOACHIMI PEDANI;
ANNO M. DC. XXXIV.

L. H. f. 3429.



Reverendâ Dignitate, Generis Nobilitate,
Eruditioñ copiâ, Literaturâ politiore, Ampli-
tudine ac Prudentiâ conspicuis
VIRIS,

Dn. CONSTANTINO FIDLERO,
Rostochij in æde Mariana Pastor ac Docto-
ri celeberrimo, Nobili Borusso.

Dn. M. ANDREÆ CRACOVIO, Ecclesiae
Buzoviensis Ephoro ac Seniori venerando.

Dn. M. HEINRICO KIELMANNO,

Dn. M. ERICO PELSHOFERO, Ducalis
Pædagogij Stetin. Professoribus, Illi Græ-
cæ Linguæ & Poët. Huic Eloquen-
tiæ, eximijs.

Dn. M. MARTINO BAMBAMIO,

Dn. PETRO BAMBAMIO, Fratribus
Germanis, Poëtis Laureatis Cæsareis; Illi
Scholæ Sedinensis Senatoriæ ConR.
maxime industrio : Huic Reip. War-
neæ Consuli spectatisimo:

Dominis Patrenis, Praecept. Favitoribus
ac Amiis, omni observantie studio etatem
colendus, dicat & offert

ELIAS SCHEDIUS, P. L. C.
Philos. Stud.

ODE DEDICATORIA.

Quærat quis ergo, cur nunc aliquis grave studiū
Latonigenæ sequatur, miserum, lacrumabile
Se factit ans colentes, animum quoq; cumulans
Mendaciis, replens illecebris pia pectora?
Dicatq; pauperes Pegasidas modò vivere;
Vaccas pavisse pingues, ferula quoq; gracili
Adantra compulisse saturas bene vario
Pabulo obedientem Aemonio genito Pherē
Latona genitum, & almo Jove Delium Apollon;
Vitæ duxisse longe auricomam sua spatiæ
Cælibem, quia carebat rutilante pecunia
Callopen: Adde, egenos qvod inops faciat suos
Latonius Clientes, seu prælia recinas;
Seu blanda verba cantes tenui Aoniæ lyra
Susuromo, sive socco volgus leve capias,
Verasve humum dolore acer syrmate tragicō.
Tandem quicquid agis, assidet Pauperies Comēs;
Sive recinis Poëma, seu svavisona metra
Doces. Sepiem gerunt Martia prælia rigidæ
Urbes de patria Homeri, cui Nectare svavia
Fluunt labella; non huicce domum dedit urbium
Ulla vivo, nec ulla vivo patria fuit;
Sed pulsus Urbe cuncta sua tempora profugus
Exegit, sterili, ex pauperie grayis arida.

A 2

Deple-

Deplorat æger agros, spoliataq; Tityrus
Rura; vix pellit autem arte famem sibi rabidam
Instantem Statius; Naso sed exul in horrido
Aqvilonis axe Musis suum ibi exilium imputat.
Vera ergò cùm sient hæc, facit ille homo similis
Stulto, novem Camœnas adamans, & eas sequens.
At hic responsa paucis tibi, Zoile, suggeram:
Tristis licet sequatur studio celebres sacro
Vates subinde egestas prospero pede; tamen hand
Arti imputanda erit, sed seculo huicce cinereo,
Ubi tympanum sonat vox, ubi cornua reboant.
Ubi buccina torta clangit, tuba cornea resonat,
Ubi arma milites vi stringunt rutilantia,
Ubi bella seva acutis ululatibus agitant.
Deinde nil Poëtis aliud petitur sacris,
Nisi fama tantum, & ævo viridantia cupidæ
Praeconia laudis omni, inclita pectora stimulant.
Procul procul recedant, mala plurima dominio
Dantes suis opes magnifice, atq; opulentia;
Opulentus sat ero si perpetuum mihi dederit
Apollo nomen, ut per rutilantia celebris
Ferar avara. malo paucis mea tempora trahere
Contentus, quam metalli rutili cumulo inhians,
Opumq; dives, incelebris mea claudere.
Stamina properante morte vita, & sine uitida
Degere post fata laude, & penitus mori in algida
Tunc morte nomen. Interit gaza, simul perit
Opulentia; sed manens perpetuò nova, viridi
Laurus pirescit, en, fronde, suos beat optumè

Comites

Comites, iisq; post fata novissima tribuit
Perenne nomen, atq; in liquidum æthera collocat.

Carmenibus ergo cedant trabeæ, quoq; Tyria
Amicti veste, qui sceptra manu aurea retinent,
Tyranni purpurati, procul & numeris Ducum.
Cedant triumphi, & alta pompa hostibus obrutis,
Beata cedat Hermi, Lycii quoq; fluvii

Ripa, cumulo reportat quæ aurum innumerabili.

Miretur turba vilia; At nunc cito Juvenis

Latonius det undâ Aoniâ mibi calicem.

Refertum, sic per ora vivus ferar omnium.

Dee magne, Dee ô Apollo, Pataron Dee, Domi-

Tuus mihi adsit omnis furor, ô Dee Lyricen, (ne,

Cantumq; da incitato mihi, dulciag; metras.

Hæc vera cùm sient, quod Clarius Deus optumè

Suos beet Clientes memori, radianteq; nomine.

Seclo omni, quod metris magna potentia tremulis

Cedat Ducum, atq; gurges auri rutili; ergo nunc

Hanc Lauream, dat am Cæsario mibi Comite

Vobis, Viri celebres, Lycii juga rigida

Qui exornatis Dei, dedico, consecro & offero,

Erga vos ceu patens pignus amoris & unicè

Studii, quo perseguor vos, celebres Viri Apolline.

Fidleriade tibi primo. Etenim mibi plurima

Bona contulisti, agenti in Rosea Megalespolis

Urbe, & me Sysi on tuum nectare vegeto

Nutristi dogmatis Dii, honor, & cui stabilis

Laus stat, nec interit corpore cum miserabili.

Sed cur tibi, Gracovi, qui dogmata cantas

JOVAE permulta nobis bona pectora sedula
Fecisti, me instruendo Uraniæ, ætheris igneis
Indagatrixis, in dogmate lumina rapida
Tradentes, quando Sol vel cadat, aut celer ad voleret,
Vos sed docentium Biga Lyceo in inclyto
Nobilis, quæ Sedinum caput extulit altius
Inter Urbes, Cupressi quantum exsuperare sunt.
Svetæ viburna lenta, quis vacibus efferam?
Testimonia fide non dubiâ deponere,
Sic Præside Apollinis, gratâ asuetudine sic
Poscente & obtinente, vix nomine cognito
Pro me haud veriri estis, o inclyta Biga docentiū!
Sed laude quæ, metraq; o geminum bene radians,
Sidus fratrum, coronâ aureolâ eximum DEI,
Quos vivus qlim adhuc Laurigeros Pater oculis
Divinus ipse Vates ope Apollineâ inclitus
Vidit, BAMBAMII, adhuc pluribus illico meritis
Me incognitum repletus, pariliq; volentia
Comiti eximio offere[n]tes mea qualia qualia
Metra! Fecisti, meq; ut serta virentia capiti
Lauri daret innubæ, tum mea tempora cingeret.
Hæc ergo cogitans pensculatus, equidem
Nihil invenio, nihil repperio, & video nihil,
Quo vos ornare possem, accumulareq; validis
Vestris muneribus, ecce, dignum; nisi sat erit,
Si Vobis dedera me, quamdiu amabile rapidi
Conspicio jubar in altis Hyperione geniti
Cælis. JEHOVAH vos, qui mare numine placido
Temperat, ingentis orbis regis ardua climata,

Celest.

Cælorumq; astra splendentia lumine nitido
Sospites servet in suæ Ecclesiæ ardua
Auxilia, pubis ing; prægnans Palladiæ
Commodum, Pubiæ & Rei; plurima bona det,
Tribuat seræq; vitæ revolubile spatiu[m]
Pyllo simile seni, conspicatus ut iterum
Ecclesiam vigentem in placido, simul aureo
Otio Pacis, & fata novissima placidâ
Claudatis morte ; Tandem IOV AH omnia dirigen[s]
Gaudia vitæ æviternæ det fine carentia,
Ut cum Angelis canatis pia carmina Domino,
Dulces modulos soneti, simul auroela metra
In axe fulgido, magna ubi gaudia pectora,
Nec aure captu[n]t, nec luminibus, pia remanent.

Carmen Heroicum

Viris Magnificis, Clarissimis & Excellentissimis
Dnn. GREGORIO & NICOLAO
AVVINS, JU. Doctoribus, Comiti-
bus Palatinis Cæsariis, Illi etiam Chiliar-
cho, & Commissario REGIÆ Sveciæ
animosissimo,

Scriptum in m[od]i clyta Academia Rho-
depolitana, ab
ELIA SCHEDIO, Cada-Bohemio,
Philosophiæ Studio.

Noxerat, & mollem ducebant lassa quietem.
Corpora per terrā, nemora, atq; sonora quierant
Æquora, circumeunt rapido cum fidera lapsu,

A. 4.

Cùm

Cum filet omnis humus, pecudes, variæq; volucres,
Flumina quæ circum vivunt, quæq; horrida dumis
Arva colunt, somno vixæ sub nocte nigellâ
Mollibant curas, & corda oblitæ laborum,
Cùm fessus somno, & turbatus pectora, tandem
Procubui, seramq; dedi per membra quietem.
Vix inopina quies laxârat corporis artus,
Cùm Deus ante oculos subitò stetit arduus, ipse
Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;,
Et crines flavas, & lactea membra juventæ.
In rapidis pedibus talaria nexa tenebat,
Armabat dextram, quæ suadet, virga, soporem.
Ut primum alatis pedibus sese intulit ædi,
Hos dat ab ore sonos : In somnum lumina dulcem,
Declinas, molli & refoves tua membra quiete ?
Quin age jam surgis, matutinusq; Lycei
Culmina summa petis, nam summo mane videbis
Illustris Divos, Phœbumq; Iovemq; supremum,
Plurima miscentes : si fert ita corde voluntas,
Carpe viam, gelidumq; subi citò Cylleneum,
Me ductore, nemus, quia me Regnator Olympi
Huc misit, venias, atq; omnia talia cernas.
Talibus atq; aliis orabat maximus Hermes,
Continuò nova lux oculis affulxit, egoq;
Ohstupui, gelidusq; timor per corda cucurrit.
Tandem effari ausus : Seqvor ô te magne Deorum,
Quisquis es, imperioq; tuo jam pareo latus.
Huc venias clemensq; juves, & ritè secundes
Augurium, cæptiq; meis feliciter adsis.

Hec

Nec ubi dicta, Deus præcessit, meq; nigella
Involvit nebula, subitoq; (mirabile dictu)
Venimus ad lucos Cylenes, frigidaque antra.
Hic Ver purpureum, varios hic flumina juxta
Fundebat tellus flores, piniq; præaltæ
Quercusq; aeriæ vestibant antra sonora.
Fraxinus in cœlum surgebat fronde virente,
Populus, ex glaucâ canentia fronde salicta
Hic aderant, nemorumq; Iovi quæ maxima frondes
Æsculus, & Cerasi, simul & Parnasia Lauris
Surgebat florens æternæ frondis honore
Castaneæq; nuces aderant, genus omne virebat
Sylvarum, fruticumq; simul, nemorumq; sacrorum.
Pan, Deus Arcadiæ, quondam quem Nympha decora
Mercurio commixta dedit, natumq; Lycei
Culmine sub denso nutritivit, fusca parentis
Antra adiens aderat, quem ipsi quoq; vidimus illuc
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.
Adstabantq; Deum circa, dulcijq; replebant
Gramine viscera oves, hædi, simæq; capellæ,
Carmine quas molli, sonitu agrestiq; fovebat,
Argutum recinens carmen sub tegmine fagi
Ut nemus omne sono dulci reboaret, ovesq;
Pabula saltabant per læta, & cornibus hædi
Inter se lucentabant per gramina densa.
Talia dum miror, tacitusq; noto omnia ibidem,
Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
Conciliumq; hominum cogit Sator, atq; Deorum
Sidereum in sedem mundū unde hic cernit, & aequor.

Considunt testis bipatentibus, insit & ille:
Cælicole magni, video jam cuncta referri
Retro, atq; in pejus ruere, & modò dulcianentum
Acnidum & Phœbi sensim decrescere honorem.
In toto penitus savit Mars improbus orbe,
Castrisq; devastat Musarum & Apollinis arces,
Mecum igitur Rex celorum Genitorq; Deorum
Constitui, Comites iterumq; iterumq; creare,
Ne penitus studia intereant, pereantq; Camœnæ,
Distribuant doctis qui præmia digna, Deorum
Fortia qui recinant summorum facta, simulq;
Heroum in laudes qui se diffundere certent.
Iupiter hæc pacis. At non contrâ almus Apollo
Paula refert vegeto sat pectore plurima volvens?
O Pater altitonans, Divum Sator, atq; hominum Rex
(namq; aliud quid sit, quod jam implorare queamq;)
Cernis, ut insultent latrones, Marsq; feratur
Per medios insignis equis, tumidusq; Camœnas
Victor agat, non clausa tegunt jam mœnia Musas,
Omnia dirumpit pasim, turbamq; trucidat,
Ter trinitis quæ se Musis dedit, omnia vastat
Cæde loca, occidit miseris, & prælia miscet.
Nullus adesi, ferat auxilium q; italibus; hostis
Imminet, interimit, qui fortia facta Deorum,
Heroumq; canant divino carmine stemma.
Tandem summe Pater propius res aspice nostras,
Redde piæ nostri oris pia munera Pacis,
Floreat ut cunctas per terras aurea tandem
Expectata piis precibus PAX, & revirescant

1418

Iam studia: Aonides vigeant, & mollia ducant
Tempora, non ollis noceat Mars amplius horrens,
Sint etiam, qui gesta Ducum, qui gesta Deorum
Carminibus patriis ad celi sidera tollant;
Sinc, qui doctilo quis ingentia præmiis mittant
Vatibus, æternum lauri viridantis honorem.
Pro quibus, altitonans hominum Sator atq; Deorum
Castalides tibi dona ferent, & laude per astra
Te suprema vebent, & grates pectore proment.
Talibus orabat Phœbus, cunctiq; fremebant
Cælicolæ. Tandem sic Iupiter ora resolvit:
Accipite hæc, animis atq; hæc mea figite dicta,
Quandoquidem toto savit Mars improbus orbe,
Nec satis pugnare licet, neq; spernere Parcas,
Per Stygium iura fluvium, per Tartara nigra,
Gloria Pegasidum superabit tempore cuncto.
Sunt, & erunt, qui Parnassi concendere pergent
Alta juga, & nunquam Musas deiere cruentus
Mars poterit, celebres florenti Pace fruentur.
Porro & erunt aliqui, doctis qui præmia digna
Retribuent, Vates cingentq; vidente corollâ
Perpetuae Lauri; Ergo quod felicia fata
Esse ratum jubeant, COMITES lego Apollinis
ambos

VVINSIADAS, doctis qui præmia digna repente
dant.

Dixit. & hos ambos legit, Comitesq; celebres
Conciliij superi dixit, sacrig; Palati.

Hæc sunt, quæ passim memini, dum nocte silenti

Me iiii

Me juvenis secum abduxit Cyllenius Heros,
Meg, iterum proprias tandem perduxit ad aedes.
Ergo VVINSIADÆ, divino stemmate creti,
Quem vobis tribuit DIVUS LATIALIS, he-
nore.

Utimini fausti, nec vos crudelia fatæ
Conturbent, vestrum neg, nomen deleat atra
Parca; sed ætherjas in sedes laude perenni
Conscendat, mediæq, Poli sese inferat arcis,
Nec prius intereat, quām cœrulo in æthere cervi
Pascantur celeres, nudosq, in littore pisces
Destituat pelagus, secura armenta leones
Quām intermixti ollis permitrant gramine vesci,
Et duræ quercus sudent suavisima mella,
Pendeat atq, rubens incultus vepribus uva.
O mihi tām longæ maneat pars ultima vitæ,
Spiritus, &c, quantum sat erit vestra enumerare
Facta, quibus clari facti per climata cuncta!
Me haud metris vincet Pelignæ gloria gentis,
Nec Maro, Mater huic quamvis atq, huic Pater
ad sit,
Peligno Eutorpe, Gryneus Apollo Maroni,
Ipse Apulus mecum Latio si judice certet
Ipse Apulus Latio dicat se judice victum.
Perpetuæ celebres salvere, valete Patroni,
Et capite hæc animis, quæ lusi, carmina lœtis,
Spernite nec teneri chartacea dona Clienti.

GRE-

GREGORIUS à WINSS.

J. II. D. Sacri Lateranensis Palatii,
Aulæq; CÆSAREÆ & Imperialis
Consistorii COMES, &c.

Tibi, Ornatisimo, Doctissimoq; Juveni-
VIRO,

Dominico. Elie Schedio,

Inclytæ Academiæ ROSTOCHIENSIS Al-
lumno industrio, salutem plurimam dicit, &
omnia felicia ab ipso felicitatis fonte
DEO tèr optimo maximo animi-
tùs precatur.

Tantus olim divinæ illi, & supremi Nu-
minis afflatu conditæ Arti, quam vulgato
nomine POETICEN indigitamus est
habitus honos, tanta addita dignitas, ut eam
totius Sapientiæ Compendium, & ejusdem
Artifices Deorum Interpretes partim, partim
Patres Sapientiæ dicere prisci Sapientes non
sint veriti. Et iidem rectè fecisse meo iudicio
videntur. Originem enim illius Artis si spe-
cto, omnium antiquissimam, & reliquarum
artium matrem eam dixerim. A DEO enim,
omnium artium fonte illa profluit uberrimo,
cujus afflatu primum ab Hebræorum Gente,
quæ Græcos longè antecessit, culta fuit; Cu-
jus rei Magnus ille Hebræorum Imperator
MOYSES primū; Regiusq; deinde Prophe-

ta DAVID , testes sunt luculentissimi : quod
rum ille multa, hic plurima, imò omnia, quæ
meditatus fuit, in certos modos conjecta po-
steritati consecratunt. Non vulgarem autem;
sed singularem & præclaram fuisse eam, quæ
populus DEO selectus coluit, quis dubitabit ?
Materiam, circa quam hæc Ars occupata est, si
considero; de rebus divinis veteres Poëtas
scripsisse deprehendo. Apollinaris enim He-
bræorum antiquitates ad Sauli Regis usq; æ-
tatem versibus configuavit : Lactantius Mor-
tem & Resurrectionem CHRISTI metricè
concinnavit; Sedulius mirabilia divina he-
roico carmine compilavit ; Prudentius , &
innumeris alii, hymnos non paucos vario car-
minis genere contextos perpetuo Ecclesiæ
Orthodoxæ usui reliquerunt. Septem porro
Sapientes Græciæ Ethicam carminibus com-
plexi sunt ; quibus Hesiódum, Pythagoram,
Theognidem, Phocylidem, & sexcentos a-
lios, qui sententias, sive præcepta morum me-
tricis numeris breviter incluerunt, si annu-
merem, minimè erraturum me puto. Inter
Legislatores, seu Politicos Poëtae quod extite-
runt, testis est Pittacus , Septem Sapientum u-
nus, qui sexcentis Elegis Civibus suis leges
dedit . Testis est Draco Atheniensis, qui ter
mille versibus inclusas leges Civibus exhibi-
uit : Testis est Anacharsis, qui leges verti-

bog

bus descriptas Scythis suis ferre voluit. *Scientiam Naturalem ex Græcis Parmenides, Empedocles, Thales; Ex Latinis Lucretius, versibus descripsere, sicut & Manilius Astronomiam: Historiam Homerus, Lucianus, Virgilius carmine tractarunt.* Quid de forma, quam in inventione tractationeq; rerum consistere cognitum habemus, dicam? Quām egregiè materias ex mediâ Philosophia, hominumq; vitâ depromptas fabularum tegumentis ac ornamentis illustrare nōrunt Poëtæ! Quām certis Poëtarum elocutio est concinnata numeris, & cùm ad aures svavissimè demulcendas, tūm hominum mores affectusq; exprimendos comparata! Hinc etiam olim à Regibus ac Ducibus non paucis in magno honore habitu fuerunt, juxta illud:

Cura Ducum fuerant olim Regumq; Poëtæ.

Hinc illis divitiæ & omnium rerum affluentia. Nonne Crœsus Pindarum tantum auri accipere, quantum capere posset, jussit? Nonne Oppianus à Marco Antonio Imperatore pro qvolibet versu de Piscibus unum aureum accepit? Nec dignitatibus olim Poëtas destitutos fuisse, Cornelius Gallus indicio est nobis, qvi favore Augusti Imperatoris præfectura Ægypti donatus est; Indicio Silius Italicus, quem Domitianus Imperator ter Consulatu decorayit. Tum in Claudiiani Poëtæ honorem

notem (qvod ētiam Æschylō & Sophocli as-
liorum indultu contigisse legitur) Honorius
& Arcadius Imperatores Statuas erexerunt.
Taceo, qvod Alexander M. Homeri Poēmata
tanti æstimarit, ut illa in cista affabré facta, &
multis gemmis exornatā asservasse dicatur.
De Fine seu usu Poētices sollicitus qvi fuerit,
Æschylum audiat, qvi apud Aristophanem in
Ranis interrogatus: cur digni Poētæ sint ad-
miratione? Respondit: Propter dexterita-
tem & admonitiones, & qvod meliores fa-
ciant homines. Utilia præterea sunt Poēta-
rum scripta partim ad rerum naturalium, hi-
storiartimq; cognitionem: partim ad creber-
imas Virtutum actiones. Hinc rectè Poētæ
ille Venusinus:

Aut prodesse volunt, aut delectare Poētæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vita.

Et Lucanus:

O sacer & magnus Vatum labor! omnia Fato
Eripit, & populis donas mortalibus ærum.

Hæc Poētices facies priscais temporibus fuit.
Qualis hoc exulceratissimo, superbo, & avaro-
sit seculo, pudet fermè dicere. Præstantissi-
mæ enim huic Arti non eam, uti par erat, am-
plius tribui mercedem, nec jam illud studi-
um, per se utilissimum & svavissimum, eum,
qvem olim tulit, fructum ferre, multo minus
victum & amictum suppeditare, etiam lip-
pus,

ptis, imo cœctis, videt? Ideoq; nisi alia via su-
stineretur, planè corrueret, & intercideret.
Cùm enim supremi Duces, Monarchæ, ac Imperatores, qvibus foⁿvendorum studiorum cu-
ra divinitus commissa est, facile olfacerent,
Poeſeos Magistros, si non in defectum Salarii
alicujus pecuniarii honoribus mactarentur,
brevi desituros, atq; Artem illam à condito
hoc universo hucusq; mirificè per utilissimam
culturam conservatam, extinctum iri; Ho-
noribus & Privilegiis singularibus Viros,
Poëticæ Arti addictos ornare; Et cùm Imper-
atorum & Ducum laureā coronā ob fortia
facta sit propria: ita qvoq; Poëtis ob factorum
Insignium & cedro dignorum descriprionem
svavem & luculentam, idē Honoris nupñe, ov,
Lauream scilicet Coronam, tribuere volue-
runt. Et hodientum mos ille viget. Qvippe
Imperator Romanus vel ipse, vel per Sacri Pa-
latii Comites hanc immortalis famæ notam
adhuic exercere, & Poëtas hoc nomine dignos
laureā Coronā, aliisq; Privilegiis exornare
solet.

Posteaq; ergo Serenissimus ac Invictissi-
mus Princeps ac Dominus, Dominus F E R-
D I N A N D U S II. Romanorum Impera-
tor semper Augustus, Domintis meus Cle-
mentissimus, singulari quadam gratia, motuq;
proprio, plenaria Cæsareæ Mæjestatis poter-
B state,

state, ME Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq;
Cæsareæ & Imperialis Consistorii C O M I-
T E M fecerit, & inter cætera amplissima Pri-
vilegia hanc quoq; potestatem concesserit, ut
Poetas Laureatos creare, iisq; laureæ Poëti-
cæ insignia conferre posim, prout in Diplo-
mate (qvod ad Patrem, Fratrem Nicolaum J.
U. D. & futuros meos, & hujus Hæredes ma-
sculos sese extendit) latius patet ; qvod da-
tum & conscriptum Viennæ I. Junii, ANNO
CHRISTI Millesimo, Sexcentesimo, Trice-
simo Primo; Regnorum, Romani videlicet
Duodecimo; Hungarici decimo tertio; Bo-
hemici decimo quarto, sub sacratissimæ ipsius
Majestatis propriâ manu. Egoq; Doctissi-
me Domine ELIA SCHEDI, cùm & ex clari-
ssimorum, ac in Arte Poetica excellentium
Virorum commendatione, & ex Scriptis &
Carminibus, publicis Typis excusis, mihiq;
transmissis, singularem Artis Poeticæ peri-
tiā, & venæ felicitatem, & cum grayitate
conjunctam svavitatem, aliaq; insignia erudi-
tionis, modestiæ, ac probitatis documenta
in te animadverterim; rectè me facturum exi-
stimavi, si Te majori etiam (ut appareat) ho-
nore dignum in Poëtarum Cæsareorum, vulgo
Laureatos quos vocant, numerum recen-
sem, tibiq; Privilegia & gratias, illi ordini
debitas, conferem. Qvod igitur felix fau-
sumq;

stumq; sit, motu proprio, ex certa scientia, au-
toritateq;, à Sacratissima Cæsarea Majestate
mihi tributâ, Te Dominum ELIAM SCHE-
DTIM, Cadâ-Bohemum, in Clarissimorum
Virorum, Domini Magistri HEINRICI KIEL-
MANNI, P. L. & Dn. M. ERICI PELSHO-
FERI, Illustris Pædagogii Prof. Publicorum;
tanquam Testium præsentia, Notarii vices su-
stinentे Dn: JOHANNE NEUMANNO, pa-
tente hoc Diplomate POETAM LAUREA-
TUM creo, pronuncio, facio, orno, Sertumq;
illud ex Laureis foliis contextum capiti tuo,
quemadmodum Dno. M. MARTINO BAM-
BAMIO, P. L. & Scholæ nostræ Senatoriæ
Conrectori, personam tuam sustinenti, tuo
absentis nomine à me impositum fuit, impos-
itum volo, & Laureæ Poeticæ titulos & in-
signia Tibi confero, dans tibi potestate, ut
in toto Romano Imperio, ubicunq; locorum
& terrarum Actus Poëticos in ea Arte scilicet
scribendi, legendi, commentandi, disputan-
di, interpretandi exerceas, omnibusq; orna-
mentis, Insignibus, Privilegiis, Prærogati-
vis, Exemptionibus, Libertatibus, Concessio-
nibus, Honoribus, Præeminentiis, Favori-
bus, Indultis & Gratiis, ac aliis quibuscunq;;
quibus cæteri Poetæ Laureati in quolibet a-
lio publico & Privelegiato Gymnasio, nempe
vel Parisiensi, vel Bononiensi, vel Pataviño,

B 2

vel

vel Lovaniensi, vel Ingolstadiensi, vel Vien-
nensi, vel Wittenbergensi, vel Lipsiensi, &c.
promoti, vel etiam à Divis Romanorum Im-
petatoribus ac Regibus insigniti utuntur &
fruuntur, de jure fruaris & gaudias. Faxit
DEUS, Honorum distributor Optimus Maxi-
mus, ut hoc tuum Munus ad Divini Nominis
gloriam, & Reipublicæ literariæ emolumen-
tum vergat. Ad majorem fidem has paginas
manus meæ subscriptione, sigilliq; mei, pyxi-
di impressi suffixione munio & corroboro.
Id quod factum est SEDINI in Museo meo X.
Juli, Stylo veteri, circiter horam decimam an-
te-meridianam ANNO DOMINI Millesimo,
Sexcentesimo, Tricesimo Tertio.

GREGORIUS von WINNSP/

Comes Palatinus.

Sigillum pix id est
impressum.

Elegia ad
Virum Magnificum, Clarissimum & Excellen-
tissimum

Dm. GREGORIUM à VVINS S,
J.U.D. Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq; Cx-
sariæ & Imperialis Consistorii COMITEM,
Chiliarchum & Commissarium REGIÆ MA-
JESTATIS SVECIÆ animosissimum, Pro-
motorem Daphnophorumq; suum, ætatèm
omnibus animi obseqviis colen-
dum, misa.

Non

Non mihi visus eras, excellentissime VVINSI,
Gloria Mavortis, Pieridumq; decus;
Cognita verò animi tua mens generosa, per Orbis
Ardua qvæ magni littora sparsa nitet:
Me solum latuisse nequit, neq; præteriisse,
Mecænas etenim tu redivivus ades,
Qui columen fuit Aonidum, Vatumq; Patronus,
Quo duce Smyrnæo par fuit ipse Maro.
Quo duce Pindaricam divinus Horatius arte
Et voce æquavit dulcisonante lyram.
Scilicet ingenuas honor inclytus excitat artes,
Proposit a & studiis præmia certa jacris.
Hinc, quā myis tibi non sim cognitus, attamen almæ
Imponis lauri ferta decora mihi,
Indignog; etiam, nam nondum carmina digna
Cumq; recino Minciadeg; sene;
Argutos inter sed strideo ut anser Olores,
Et tenui stipulâ carmina perdo miser.
Sed quoniam tibi sic placuit fortissime VVINSI
Tempora laureolâ condecorare mea,
Dic tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Usquam Iustitia est, nescia mensq; mali,
Præmia digna ferant pro tanto munere, summus
Ipse tibi Dominus prospera cuncta duit.
Quando Svecigenum lustrabis magnanmorum
Agmina, Cæsariis prælia torva ciens;
Cùm per longinquas terras, per inhospita rura
Hostibus horrendis obvius ibis atrox;
Cùm medio cinctus pro Religione Fideq;
Agmine pugnabis corpora multa necans;

*Protegat altitonans temet DEVS, omnia pellens
Fata procul, vortens tristia retrò mala.
Prosper eas, prosper pugnes, prosperq; deinde
Ad patriæ redeas recta, favente Deo.
Macte ergo Virtute Heros, & Apolline clarus,
Nulla tuum nomen deleat atra Dea.
ab Elia Schedio, Poëta Laureato.*

*Præstantissimo ac literatissimo Viro,
Dn. JOHANNI REMSCEDIO,
Ducalis Pædagogii Stetin. Musico, amico suo
singulariter dilecto, Laurea Corolla Cæ-
saria VI. Id. Qvintil. solemniter
redimito,
Epigrammate Palindromo, sive
Antistropho, ab autore Sotade So-
tadicum dicto,
A Onia Citharâ, en! cantas qui carmina, VATES,
Candide REMSCEDI, jam cape lætitiam,
Castalidum tibi dum Præses dat laurea sertâ,
Dicere te Vatem vult pia Calliope.
Frondiferi juga Ius Pindi te scandere fecit,
Ducere te Virtus hoc decus egregium.
Perpetuo tibi sit felix frons laurea, nullo
Tempore rumpatur, stet nova luxurians.
Condecores bene, jò, Parnassi culmina VATES,
Dulcia conscribas & metra grandisonus.
Thespiades citè sic facient te claram, adamabit
Te Clarius Pæan, & colet Euphrosyne.
gratulatur ELIAS SCHEDIUS, P. L. C.*

Sunt

Sunt tibi delicium Musæ, sunt una voluptas,
Vivere cum Musis, tibi SCHEDI, est vita: rependunt
Hosce tibi affectus, lauri te fronde coronant,
Atq; ferire sublimi vertice cælum.
Perge age Musarum tempe lustre, Sorores
Concedent decus, & famam, nomeng; perenne.

Johannes Qvistorpius Th. D.
Prof Publ. & Ecclesiastes Rost.

ELIAS SCHEDIUS,

Per Anagr.

HIC ES DEI: SALUS.

Docte Camenarum per tempora Castiliarum
Alumne qvondam, nunc Pater:

Est tua per metrios Pictas spectata triumphos;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Numinis ingenium non est metuentius ullum;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Adnascens Patriæ hæc ætas deservit amori;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Nasceris exemplum gravium venerabile morum;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Est pius in caris animi tibi candor Amicis;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Vatibus & Claris bene primis junctus ab annis;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Esto caput flavum lauro Parnaside vincitus;
HIC ES DEI: SALUS rei.

Immacesibili sacra crescat fronde corona;
HIC ES DEI: SALUS rei,

Quod animitus app.

**Laurentius Lüdenius, Philos. & J.
U. D., P. Cor. Cæsar. Prof. Phil. Practi-
cæ & Histor. in Universitate Gry-
phisvaldensi,**

Cinguntur viridi tuā, SCHEDI, tempora lauru,
Namqz hoc virtutes promeruere tuæ,
Iam titulum gestas docti celebrisqz, Poëtæ,
Perge ita, deinde novus contribuetur honos.

**Levinus Battus, J. U. D. Dicaste-
rii & Consist. Principum Megap.
Advoc. & Procurator.**

*Juveni elegantis eruditio[n]is & ingenii eximiit
ELIÆ SCHEDIO,
Lauream Poeticam pronuper indepto;*

Non absqz causa destinavit cultui
Virtutis almæ, nobilisqz Gloriæ
Contigua Fama, providens antiquitas,
Et hæc & illa copulare dexteræ,
Iunctqz græsfari viam gaudet gradu.
Sane, decorè splendet affatim suo

Tranquilla Virtus, tam repulse sordide
Ignara, quam non indigena auræ levis.
Illam tamen procatur, & querit volens
Secunda Fama, calcare indolis bone.

Hæc

Hæc blanda Seiren allicit quemvis bonum,
Qui Recti amore limitem rectum secat,
SCHEDI erudite, quando tu pulchræ quoq;
Virtutis hactenus deambulas iter,
Quod arduo labore vallavit Deus,
Ne destituta præmiis industria
Aut enthei indötatus ardor ingent
Languescat, assequuntus es Famæ decus,
LAURISq; SERTO tempora ornatus clues.
Sic fas erat clarere Honore; & Laudibus
Ad astra ferri, quem benigna vi lacit,
Plebiq; adeptum, consecrat Virtus sibi.

gratulatur

PETRUS LAUREMBERGIUS, Phil.
& Med. D. ac Prof. Publ. Rostochii,

Nullus honor Musis, nulla est reverentia Phœbo,
Musarum Pulli voce canunt trepidâ.
At honor ut maneat, dignè laurum tibi, SCHEDI,
Consilio Phœbi VINSIUS ecce! dedit.
Hic tibi prosit honos ex mentis sensibus imis
Comprecor, & Phœbo priscus ut adsit honos.

M. Abraham Battus, Log. & Metaph.
Prof. Acad. Gryphisv.

Tempus erat, quo messor agris proscindit aristas
Maturas, atq; agricolæ sua dona recondunt
Certatim horreolis, mens rus erat atq; labores
Visere, quo grates ex toto pectorc rerum.

B 5

Eternit

Eterno canerem Domino, rerumq; Parenti,
Contendo Rhunam, quæ vix duo millia passuum
Hinc distat, sedem sibi quam olim Vesta legebæt
Virginibusq; sacris. Viduarum nunc at asylum
Nobilium, indoctam quæ informant ritè juventam.
Sexus fæminei scribendo, legendo, Minervæ
Inq; modum digitis currendo stamina doctis.
Auster habet Varni piscofa fluenta; sed Eurus
Stagnantes lymphas, nil non gratum undiq; visu.
Iamq; illuc veni, stat ubi Sylva ilice nigrâ
Et fago densâ, mea ibi mox membra quietem
Fessa petunt patulae grato sub tegmine fagi.
Blanda quies victos vix furtim presit ocellos,
Cynthius ecce! novem charis comitatus Alumnis
Incedit, chordarum aures dulcedine mulcens.
Una sed Aonidum pulchrum Polyhymnia Sertum
Nectebat digitis, cuius sic fatur ad aurem
Ipse Pater fidam: Nostis tertrina Sororum
Grata cohors, SCHEDIUM (nec vos latet ipse)

GEORGON

Gustrovii qui sceptra tenet jam virgea ludi
Permesses aliquot. Multum ille in nostro Helicone
Sadavit, Lauri jam olim gestamine dignus,
Illam sed renuit prius, hactenus, atq; modestus,
Tale quid eveniat ne nobis fortè, Sorores
Cum Nato Elia, mature hac arte Corollâ
Contextâ redimire liber caput ejus, & inter
Hunc numerare viros, cedro qui carmina scribunt
Digna. & digna hic est, nam non modo verba coherceret

Apta

Apta suis numeris; Verum tenet ipse Poëta
Res magno dignas, & libris semp̄ inhæret.
Callet enim linguis septem, Græcam atq; Latini-
nam,
Hebræam, atq; Syram, Chaldæam, & quā fuit
usus.

Servator JESUS Samaritanam, atq; Colonus
Panchæi ruris. Quid inclit uer artibus ipse
Pieris septem radio describere novit
Docte orbem tabulis, urbes, gentes, regiones,
Quasq; tenet flammæ tælum per inane volantes.
Ni maturamus, docti titulum ille Magistri
Appetet, & nostros ita detrectabit honores.
Est Urbs ampla situ, multos habitata per annos,
SEDINUM dicunt Cives, pandiq; Coloni,
Quæ indoctæ posuit DUX formatoria pubi,
Nominis est inibi primi CHILIARCHUS, & ipse
Nobilis ac Doctus, cui nomen VVINSIUS, hujus
Ad doctas docti divina poëmata ARATI
Pervenere manus, quæ torso carmine quondam
Reddidit ipse puer fermè. Huic modò dicito, Daphnen
Ut mittat SCHEDIO - Juveni: Sic crescat A-

lumnū,

Docta cohors nostrum, recinant qui fortia facta
Heroum atq; Ducum, monumentis scriptaq; doctis
Doctorum condant victura in secula futura.
Hæc memini, natum Jove Apollona dicere, nec

non

Cum Masis subito tenues vanescere in auras.

Sylva

B. 6.

Sylvestri è strato membra ut torpore fugato
Corripui, sueti sedat è limina tecti
Repetto, & en! paucos post solos nuntius aures
Implevit nostras, lauri de fronde, virente
Æternum, SCHEDIO missam ELIÆ esse Coronam,
Et miror veros imitantia somnia casus.

Non etenim à somno falsis qui ludit, imago hæc,
A Iove sed mihi missa fuit, quod credere par est.

Ergo tibi Daphnes ELIA grator honores,
Fibritus exoptans, ut nomina magna JEHOVÆ
Laudibus æternis celebres; Solamen in arctis
Sic certum rebus Patri, Matriq, levamen.
Sic mixtus genti ætheriæ post fat a suprema
Carmina Cælicolis regnes placitura per ævum.

M. A. Crac; P. B.

Ejusdem.

Encomium Artis Poëticæ, in honorem
novi Poëtæ laureati,

Dn. ELIÆ SCHEDII.

Quamvis salvifici doceam cœlestia CHRISTI
Dogmata, sum cuius pascere jussus oves;
Diviniq, licet renovata volumina Verbi,
Posthabito tandem nunc Helicone, legam;
At tamen interdum, naturâ ductus amicâ,
In certos redigo verba soluta modos,
Ne me destituat scribendi carminis usus,
Et percusat pigro ne mea pena situ.
Magna fuit quondam veterum reverentia Vatum,
Multaq, de Regum dona tulere manu.

Fixus

Fixus Alexander tumulo cùm staret Achillis,

Fundebat tristi talia verba sono:

Eortunate Senex, me Heros felicior ipso,

Cujus in hoc recubant membra sepulta solo.

Namqz tue laudis Praeconem nactus Homerum

Semper in hac dormis non periturus humo.

Qui nisi vixisset, gestarum gloria rerum,

Virtutisqz foret Fama caduca tue:

Nunc sed in æternos vivens felicitèr annos

Immortale sacro carmine nomen habes.

Hæc debes magno, qui te celebravit, Homero,

Delendum nullo tempore nomen habes.

○ sacer, & celebris Vatum labor, omnia fato

Eripiens prisci temporis acta refers!

Carmine sunt nobis Davidis nota Prophetæ

Facta, per æternos non obitura dies.

Cognita sic etiam Romana potentia, hæc

Sic nobis altæ sunt Babylonis opes.

Sic Thebæ, sic Troja potens, sic alta Corinthus.

Sic etiam nobis Pergama nota manent.

Carminibusqz tuus pudor est Lucretia notus,

Sic etiam magnum Julia nomen habet.

Semper & Admeti celebratur & Hectoris uxor,

Ausaqz in accensos Hiphias ire rogos.

Omnia lethæis Vatum labor eripit undis,

Dignaqz perpetua posteritate facit.

Argentum tempus minuit, consumit & aurum,

Et gemmæ pereunt, purpureaqz togæ;

Ultima vos solæ nescitis fatæ Camænæ,

Vos solæ extremos effugitisqz rogos.

Ergo

B. 2.

Ergo facis ritè ELIA fate Pâtre Poëta.

Quod juvenis clarum hâc arte imitaris eum;

Tempus erit citò, GUSTAVI quo Regis ADOLPHI

SVECORUM heroo carmine facta canes.

Heroum, velut Trojanorum antè canebas;

Fata Acripandæ, tûm Diamedis iter;

Et flagra, pro nobis quæ Christus sustulit æquò

Quondam animo; electæ gentis & excidium;

Quoq; ortu, quo incremento gens Teutona crevit;

Gens invicta olim viribus atq; viris:

Teutoniæ Procerum cū Cæsare prælia panges;

Tantaq; quæ fusi causa crux erat.

Te haud cessisse oneri tûm, cùm mihi sysitos essem

Commemini, & posthac desidium fugies.

Vive diu felix, longosq; valeo per annos,

Castaliq; novem fontis amato Deas;

Sic dectis eximium te perpetuumq; manebit;

Gloria nobilior non aliundè venit.

Namq; Poëtarum labor omnes durat in annos,

Perpetuò, Vates quæ cecinere, manent.

Et DEVS eximia commendat laude Poësin;

Dum sacro Vatum se jubet ore cani.

Sic gratulabundis vovet & accinebat

M. Andreas Cracovius, Pastor Buzov.

In Lauream Dn. ELIAE SCHEDII.

Ergo vides, Schedi, Vatum haut pridem auctus
honore;

Schedi, noster amor, doctæ Patris æmule Musæ;

Non

Non frustrā esse vides, sacras coluisse Camenæ;
Fallor? An Aonii suavisimæ Numinæ fontis
Ipsa suum oblectant, recreant, venerantur Alumnum?
Certa fuit quondam & docto sua gloria Vati.
Quid? quondam hæc etiam doctis favet artibus et as
Pteridumq; choro; Schedi, tua tempora testor:
Winstius en viridi cingit tua tempora Lauro!
Magnus bonus! Daphnen positi, quam Cynthius ipse
Arserit, & Laurum sublimi vertice gestet!
Amiat ista tuos felici sidere crines
Elia, Maete &, quem vena meretur, honore
Ut quondam summos inter numerere Poetas!

M. Daniel Michaël, Gustrov.
ad templum Cathedr. Pastor.

Winstius illustri tua cinxit tempora Lauro,
O Schedi, Aonii gloria magna chori!
Hanc certè laudem summam tua Musa m. retur,
Laudem, quæ nullâ est interitura die.
Ergo coronatus jam factus jure Poeta
Laureolâ ingrederis latus ovansq; tui.
Maete bono ingenio! studiis o maete novellis!
Præmia nunc deinceps uberiora feres.
Perge, ut cœpisti, nunquam dimitte labores
Sic tua laus cresceret, nomen bonusq; tuus.

M. Laurentius Langelaus, Ec-
clesiæ Gustroyiensis Parochialis
Pastor.

ΠΡΟΣ-

ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ

Ad Præstantissimum, Literatissimum, ac in Poësi
versatissimum IUVENEM,

Dn. ELIAM SCHEDIUM,
cum ipse

à Viro Nobilissimo, Magnifico & Consultissimo,

Dn. GREGORIO à VVINSS,
J. U. D. clarissimo, ac Sacri Lateranensis Pa-
latii, Aulæq; Cæsareæ, ac Imperialis
Consistorii Comite præemi-
nentissimo,

Poëta Laureatus Cæsareus saluta-
retur,

Institutum à
M. JOHANNE STEINIO, Rost.
Eccles. ad D. Nicol.

ANNO

qVo pIVs oppressos reX regVM VInDICet
optat.

SCHEDIUS, Aoniis multum versatus in hortis,

Clarus Apolline à redditus arte redit;

Doctrinæq; sive specimen producit & Artis,

Dum condit doctis metra probata viris:

Ingeniisq; sui documenta relinquit acuti,

Dum facit æternâ carmina digna Cedro.

Hinc Lateranensis Sacri COMES ille Palati

GREGORIUS de VVINSS ejus amore calet.

Qui

Qui cūm profectum Iuvenis perspexit in Arte,
Et quād doctrinā nobilis eset, ait :
Hic Iuvenus tanto studio versatus in hortū
Aenīs, qvoniā dives ab arte redit,
Dignus honore Dei Clarii, lauriq; Corolla.
Illiū ut capitū cingat utrumq; latus;
Quō tot per vigiles noctes studii atq; laborū
Perpessi, tandem præmia justa ferat.
Vig; potestatis, sibi quæ de Cæsare cessa,
Illiū imponit laurea sertā comis.
Quæ dum gratatum consueto more, Thalia
Procedit, tenui carmine, nostra tibi;
Hanc precor ELIA, si non penetrabilibus imis
Dignaris, primo limine stare jube:
Sic tibi vota feret, tua laurea scilicet olim.
Ut simulatq; solo floreat atq; Polo;
Percipiat multum quo commoditatē ab illa.
Publica res, propriæ tum quoq; priva domus.
Quæs hæc adjiciens ἀναχάρημα paucula, lau-
In meritas satagit nominis ire tui. (des)
Quæ si grata tuæ fuerint, ut spero, Thaliæ,
Eius amicitiae nostra datura locum.

SEQUITUR

Δέκας αναχαρημάτων,

Ex nomine hujus Juvenis, Poëta laureatus
ac Cæsareus recens designati, constructorum;
qvorum singula Disticho explicata, ac in præ-
conium illius h̄ic adjecta, Autore eodem.

C

NO-

NOMEN
ELIAS SCHEDIUS.

Apparatus cum "Exeg.".

L DIS HISCE SALVE.

Cum comportarent in te sua munera Pallas
Et Phœbus, DIS HISCE, Schedi doctissime, SAL-

II. HIS CELSE VADIS. (VE.)

Doctus es ut linguis, sic doctus Apollinis artes,
HIS clarus CELSE VADIS, laudemq; reportas.

III. LAUDIS HIC ESSE.

Nam si laus manet hunc, vili qui callet in arte,
LAUDIS HIC ESSE meret Claria qui clarus in

IV. LAUIS ID HIC ESSE. (arte.)

Sitq; licet, si quis manuali clarus in arte

LAUIS magna, ID major tamen est HIC ESSE ce-

V. HIC DE SE SI, LAUS. (lebrem.)

Imo, cum multis, si laus, ludanda patrare,

Præstisit HIC DE SE SI talia maxima LAUIS est.

VI. ESSE HIC LAUDIS.

Inde Palatinus Comes ille, tuusq; Patronus,

ESSE quod HIC LAUDIS meritus, te fronde coro-

VII. HIC SEDES ALIUS. (nat.)

Laurea cum nondum data, casus honore sedebas,

HIC ce SEDES ALIUS, dum Daphnide tempor

VIII. HIC SI SE LAUDES. (cinctus.)

Excitet ad studium cum laus non segnitèr omnes,

HIC SI SE LAUDES, fuerit studiosior artis.

IX. HIC LAUDIS SESE.

Quod Comes HICce tuus tibi laurea serta ferendo

Dura

Dum præstat, LAUDIS SESE probat esse Patronū:
X. DIS HISCE VALES.

Vīre valeq; SCHEDI Phæbo, doctæq; Minervæ,
si DIS HISCE VALES, florebis Laude perenni.

Virtutem comitatur honos, mercesq; laborem,
Et veniunt studiis præmia digna bonis.

Hinc quoq; nunc SCHEDI te Phæbus honore coronat,
Quod crescant virtus laudibus aucta nove,

Gratulor ergo tibi Musarum laurea sarta,
Comprecor & studiis omnia austera tuis.

Ut gerit æternos formosæ frontis honores
Lauri, odoratus explicat atq; comas:

Sic virant artes, vigent linguae, perrennes
Quæs celebretur honos secula cuncta DEI.

Benevolentiae ergo f.

M. SAMUEL ARNOLDI,
Ecclesiastes Cathedralis Gustovi.

Tempore non læto cur pangam carmina lata,
Scire cupis: SCHEDILUM mactat honore novo

STETINUM ex votis, dum docta Poëtica laurum
Ars imponit ei, Eius decus atq; novum.

O factum egregium! cur non gratiarer amico?
Perge, novus quondam sic tibi surget honos.

Tu quoq; de Gno docto letare MAGISTER,
Cui Phæbus vinxit tempora laureolâ.

Pergat adhuc alias sibi sic contexere laudes!
Sit cordi dulcis! crescat honore diu!

C 2

E 13

EL, Deus is, qui cuncta facit, benedicat ELIAE,
Nestoreosq; annos addat JÖVA bonus.
gratulabundus ex animo amico ac
sincero f.

JOHNNES RHODIUS, in au-
la Illustr. Viduae Megapol. Lubzæ,
Pastor.

Gustrovium gaude Rector, florentibus annis
Octodecim ELIAS Daphnide cunctus ovat,
Filius ille tuus, Musarum castra secutus,
Laureola dignus, Laureolamq; capit:
Winsius arma gerens Mayortis, Palladis artes:
Quiq; Palatinus dignus honore Comes.:
Imperii censu fecit dixitq; Poetam:
Testis SEDINUM est, BAMBAMIUSq; meus.
Sub CONSTANTINI mensa, quum talia Musa
Rettulit, arrisit turba novena, Charis,
Vir Pastor, Senior MARIAE bonus atq; Patronus
Cum reliquis vivat fratribus incolunis,
Hinc Socero & Genero faveat Sors, auctoritate Christo,
Connexo thalamo, palmiferoq; jugo.
De Nati reditu, dignis virtutibus aucti
Gratatur Phœbus, Rostochiumq; forum.
VVarniades Nymphæ gratantur, docta ROSETA,
Balthiacus Nereus, Pieridumq; chorus.
Fortunet Laurum, Sophiam, crescentibus annis,
Sit stimulus, calcar, Palladioq; gregi.
Exilio minimus Vates PASVALCUS ab igne
Et ferro læsus, tale quid? hospes: ave:

ELIADES

ELIADES Genitore suo succrescat amoenus,
Ut Laurus viridis : semper Apollo viret.

M. Laurentius Scultetus, Ministe-
rii Pascuvalensis Senior, ab hinc annis
34. ibidem Verbi div. Præco, transiens
Rostochium in honores Daphnicos ita
luisit, ac Dno. P.C.C. pio studio & favo-
re gratulans obtulit 4. Augusti, Anno
ære Christianæ M. DC. XXXIII.

-Præstantiss. & Politiss. Juveni,
Dn. ELIÆ SCHEDIO, P.L.
Amico percaro.

WINSIUS, ELIA, confert Parnasida Laurum,
BAMBAMISq; tuo nomine dona capit.
Aures utq; meæ sunt & mea lumina testes:
En mea sic etiam dextera testis adeat.
Testibus his addo votum: Sit Laurea felix,
Atq; diu capitis sit decus, opto, tui.

Congratulat. & honor. causa
L. M. Q. f.

M. HEINRICUS KIELMANNUS,
Græcæ Ling. & Poetic. Prof. & ConR.
Ducalis Pædagogii Stetin.

I.

Quem Labor & Virtus faciunt cum laude Poëtam,
Hunc Musæ celebrant, hunc Charitesq; colunt.
C 3 Te

Te Labor & Virtus, SCHEDI, fecere Poëtam,
Ergo te Musæ, Te Charitesq; colunt.

II.

Sunt sua Bellonæ & Veneris quoq; sert a ministris &
Sed contexta magis Palladis arte juvant.
Gratulor idcirco tibi, cui Pataræus Apollo
Hinc meritò nuper talia sert a tulit.

Praestantissimo Dn. SCHEDIO exedialis
honoris ergo, Solemnitatis istius Spectator
M. ERICUS PELSHOFER, Ducal,
Pædagog. Stet. SubR. & E-
loqv. Prof.

In Laurum

Praestantissimi Doctrinâ & Virtute Juvenis Viri,
Dn. ELIAE SCHEDII, Cada Bohemi,
Amici.

Ecce Diploma Tibi Laurus, doctissime SCHEDI!
Ecce Tibi Laurum, Nomen & ecce Tibi!
Quevis numero adsereris Vatū, qui metra profundunt
Digna cedro, & quovis tempore digna legi.
Hæc meruere Tibi faciles in carmine vires,
Annos exsuperans judiciumq; tuum,
Astrorum Phœbig; duo quæ cultor Aratus
Cilix ingenio monstrat adesse tuo.
Phænomena non cujus vertisti carmine librum,
Quo præfas Iuvenis te gravitate senem.
Winius inde etiam sacri Comes ille Palati
Te dignum Lauru judicat esse sacre.

Iudic

Iudicat? Imò Tibi cum Lauru insignia Vatis
Pierii confert Lauripotente manu.
Tu fruere eximio Comitis Vir munere doce,
Condecora Vatum carmini burg, chorum.
gratulabundus f.

M. MARTINUS BAMBAMIU^S,
P. L. Cæf. & Sch. Sedin. Senatoriæ
ConR.

SCHEDI, Stirps Chcritum, Svadæ Lat iæq, medulla,
Quem Gnatum pleno Nūmine Phœbus amat;
De quo Germani me fecit epistola certum,
Missis literulis testificari idem.
Terga Poëtifici queis te adscendisse Caballi
Cerno, conspicuum laurifragante comâ.
Adflare haud equidem poterat me gratior aura
Hac ipsa, quam nunc aure lubente bibo.
Gratulor ergo tibi fibris de pectoris imis,
Ut non marcescant Daphnia serta yovens.
Utg, Magisterii lepido portiaris honore,
Atq, Patrem referas sic paritate gradus;
Aut etiam Patrui vestigia clara sequutus
Ut clueas summus Præsul in æde sacrâ.
Audi sed Vates lauru redimite capillos,
Officii quæ sit meta tenenda tui:
Primitias metri summo sacrato Tonanti,
E cuius scatebris limpida vena fluit.
Daphnophoro porrò partes tribusq, secundas
Quum tibi laureole contulit ille decus.

C 4

Quod

Quod superest, reliquæ Vatum largire phalangi,
Talio fiat ab his ut retributa tibi.
Sic tibi Thespiades, Sic Phœbus Apollo forebunt,
Et quasi pilento fama per astra vehet.

Petrus P. F. Bambamius, Poëta
Laureatus Cæsarius, & Reip. War-
nex p. t. Consul.

Jullii bi dena lux, mi Nate, festus
Singulis tibi sit annis, & Jehovam
Canticis laudes gemellis pro gemello
Celitus quo te bonus dono beavit.
Nempè ad hac dum luce Patris atq; Fratris
In mei ιωνίμην Jacobus imposivit
Ante bis Vicinius messes novenas,
Pastor inclitæ CADÆ Bojum fidelis,
Nomen; Inclitus Palati tum sacrati
Winsius Comes comam velavit ipsam,
Te minus presente, vixq; somniantे
Tale quid, Bambamio pro te gerenti
Daphnios in fronte honores: hac & ipsa
Nuncium primò recepsi honoris hujus:
Testis hujus es rei tu Kielemanne,
Tug; Pelshofore, fandi in arte clari,
Testis es Remschede, fronde laureatâ
Cu jus est redimit a frons semel simulq;
Gaudeatis, floreatis, hoc honore,
Turbo nullus, nulla lingua vos lacescat,
Obset nil, non senectus ulla tangat.

Daphnios

Daphnios vestros honores. Tuq_z, NATE
Unice, una & stemmatis Propago nostri
In favorem nullius famæ nocere.
Proximi tuis stude metris ; libellus
Absit famosus à tuis Camœnis.
Prima cura sit tibi, laudes Jehovæ
Canticis sonare sanctis ; Inclitorum
Sit Virūm secunda. Sic Jehovæ amorem
Obtinebis, inclitum & virūm favorem :
Volve Fili codices pernox Sophorum,
Atq_z perdius sacrorum Bibliorum,
Sic comam Princeps tibi quondam Sophorum.
Eusebeia & celitus cui vendicatur
Ortus, intexet tuam mitrā decenter,
Donec hac compage corporis solutā.
Hāc & ignorantiae scholā relictā
Faxit universitatis æviterne
Te Brabentes inclitum Iesēs alumnūm.

His filio meo per dilecto applaudebam
M. GEORGIUS SCHEDIUS,
Scholæ Gustroviensis Rector.

IN digito gemmam gestas, in fronte corollam,
Schediade, mihi dic, quid nova signa novi ?
Hosce Palatinus mihi misit nuper Apollo
Testes, quod versus pangererite queam.
Insuper, affixo signo, diplomate magno
Me quoq_z donavit, mos ut apud Lyricos.
Nam cupid, ut cunctis reddar super æthera notus,
Vertice sublimi & sidera sic feriam.

C S

Gratias

*Gratulor ergo tibi, precor insuper, ut nova laurus
Hæc annos multos floreat ac vigeat.*

*Et scribas citò quid, quod vincat opuscula Cassi
Parmensis, nec non omnia scripta Patris.*

*Invidia quæ ideo nunquam torquebitur, imo
Gaudebit potius corpore, mente simul.*

*Talem quod genuit Gnatum, qui talia præstat
In teneris annis, qualia vix senior.*

*In video nes ego, miror magis, undiq; laudes,
Ut meritus, semper concelebrabo tuas.*

*Tu juvenum, gestis quæ frondis honore, Corona,
Donari æterno, tramite perge pari.*

*Suo veteri Discipulo rogatus hæc
lubens exaravit,*

**M. Georgius Volckner, Schol:
Gustrov: ConR.**

*Quam tibi Cæsarei nuper COMES, ipse Palati
Laurum in Apollineā contulit arte novam.
Mi SCHEDI, ista TIBI ut profit, neq; fama sinistra,
Hanc abolere paret, mente manuq; precor.
Dum CÆSAR laurum gestabit, dumq; Poëta,
Numinis ing; tuum floreat ille decus.*

Amico suo svavissimo L. M.

M. Joachimus Matthias.

*Quæ dudum meruit, jam præmia digna capessit,
ELIAS SCHEDIUS, cui pia vota placent.
Profit bonos, bene profit bonos, cum nostra Thalia
Non dignè applaudat, sit voluisse satis.*

Ergo

Ergo quod faxit DEUS, & cui pondus inesse
JOVA velit, solitâ finio voce, salus.

Ita precatur
M. Lucas L. F. Bacmeisterus,
Rostoch. Megap.

Laurum, quâ tibi Vorticem Brabeuta
Inlustris decorat, SCHEDI virentem,
Grandi nostra Thaleja gratulari
Metro avebat; At, ecce! turbat omnes
Circos Fatum inopinum; Apollo Lymphae
Hinc Permesidos obtegit cavernas,
Cyrham denegat, & Venus, leporem.
Obstupescit; stat hæc Coma; ipsa tandem
Vox & fauibus hæret. Unicum illud
Dico. Sic, Genio Sophocli olim
Orphei simul & Metris Homeri;
Et Flacci cerebro, Maronis & Nasonis
Vene Numen inesse singulare,
Sed, qui TE legit, & tuae Minervæ
Fœtus adspicit, illicò fateri
Hunc oportet, inesse Numen illius,
Quo calente calescis, & trahente,
In sublime citus volas quadrigis.
Eja! perge tuum ciere plectrum,
O tu, Castalii Madulsa cætus,
Flos cultissime, cultioris ævi,
Gratus optimus Optumi Parentis.
Perge, ô perge, tuum ciere plectrum,
Et tentare tuam pio Minervam.

Cenatus

Conatu; velut hanc Brabeuta Laurum;
Patronos Tibi sic Deus deinceps
Largos crede dabit, novo POETÆ.

Hos, in recentem Fllii probissimi Lau-
rum extemporaneos Phaleucos, ut
æqui boniq; consulat optimus & pi-
entissimus Dominus Parens, enixim
& peramanter rogit

M. DANIEL FRIDERICI,
Cantor Marian. Rost.

Delphica nunc juvenes, nunc Delphica laurus adul'
Cordatos etiam mactat honore viros. (tos)
sic adeò nulli præcludit dona brabeutes
Lauriger, à verno nec fugit ore decus.
Testis adest SCHEDIUS vernant i floribus ævo,
Picta cui raro tempora crine nitent,
Ecce coronatus VVinsæi munere Vates
Nominis acquirit carminis arte decus.
Scilicet argutos cycnus tener inter olores
Dulce Melisæo nectare fundit epos.
Digna cedro virtus hæc est impuberis ævi
Utpote quæ teneras sic beat aucta comas.
Dicite, qui Musis Phœboq; litatis alumni
Tale quid hoc ævo num reperire licet?
Fallor? an hoc ait sim pro vero dicere: Musa
Vivet in hoc Schedio, Paule Melisse, tua.

ELIAS

ELIAS SCHEDIUS.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ:

ES SCHEDII LAUS.

Nomina si quando tacitis elementaq; vero
Sensibus, ES SCHEDII LAUS, Anagram-
ma sonat.

Magnus enim Schedius, sinerent si fata, Melissus
Francus olor laudes diceret ipse tuas.

Tot monumenta tuae numerantur, amice, Thalia,
Tot genii dotes ingeniq; bona.

At, quia fata negant, tibi quod præstare Melissus
Ille nequit, tanto tu modo redde viro.

Nempe Melissæas decantans carmine laudes,
Svesce Melisæos ore referre modos.

Sic tua cum Schedio certabit fama Melisso
Ardua ferales effugitura rogos.

Benevolentiae ergo

L. Mqz. F.

M. Pancratius Amselius, P. L. C.

Præstantissimo & Doctissimo Viro-Juveni,
Dn. ELIAE SCHEDIO, amico
suo singulariter dilecto laureâ Cæsareâ Poë-
ticâ 6. Idus Quintileis solemniter re-
dimito.

NON omnia idem mecum, dulcissime Schedi,
Fers, facit hoc Pallas, præstat Apollo pater.
Omen idem, Schedi, mecum, tibi tempora lauru
Deportas uno dum tua cincta die,

Gratias

Gratulor inde tibi simul & mihi gratulor idem:

Audit honore novo quisq; Poëta novus.

Macte vir ingenio, faundo ludere versu

Mecum perge, satis laus sua cuiq; manet.

gratulatur

Johannes Remschedius, Goslarien-

sis Saxo: Poëta lauro Coronatus & Du-

c. Iis Pædagogii Stetinensis Musicus.

Ier maximi JOVÆ DEI, summi Boni
Boniq; Fontis MUSICA & POETICA
Sunt rivuli: Hinc DEUM Poëta & Musicus
Laudant; hic Organo, ille suavi carmine,
Ut erg; pro metro sibi dato cælitus.
Id SCHEDI ELIA ut faciltes pro viribus
Donis IEHOVAH te ingenii maturius.
Donavit; & vices tenens Apollinis
Tua frondibus Lauri virentis tempora
Intexit. Sit ergo felix Laurea,
Virescat indies magisq; floreat,
Divini honos ut augeatur Nominis,
Res priva crescat, commodumq; publicum.

Benevoli favoris ergo ita gratulab:
Abraham Ruimbeld, Not. Cæs.
Publ. Organicen & Civis Gustrov:

Quam tibi Apollinei quoq; laurea ferta parata
Conspicor, & Vatum flos generose SCHEDI,

Gratu-

Gratulor ex animo de tanto munere honoris;

Gratulor ex animo, si geminare licet.

Herorum heros recitantur carmine laudes,

Nostra sed exili carmine vota damus.

Florescas Vates, florescas, opima pangas

Carmina, per terras sic tua fama volat.

Amico suo optatissimo cecinisse

Huldericus Amselius, Rostochi

Cantor Nicolaitanus.

IN HONOREM

Doctissimi

Dn. ELIÆ SCHEDII, Poëtæ Lau-

reati Cæsarei designati, Domini amici ac

favoritis officiosè colendi.

Quod te, doce Schedi, lauro decoravit Apollo

Teg, choro Vatum Sacrum associavit, honoris

Congratior merito, praesenti carmine letus,

Quod curas inter Themidos, dictare Minerva

Sic voluit. Nunc mæcbe animi virtute novellæ

Parnassum contra injurias defende, recordans:

Sedibus atheren veniat quod spiritus iste.

Officior. m.

approperabat

Daniel Sandovv, S.S. L.L.St.

Ergo ut Poëtæ Laureati honoribus

Rosthac cluat, Daphneidus

Virente

Virente lauri cingitur propagine
 Illustre Schedii caput?
Sic nempe dudum Phœbo visum Apollini,
 Suos beare sic solet:
Sic & novena quondam turba virginum
 Proles Olympii Iovis
Vatem suum porrectâ fronde laureâ
 Instruxit Ascreum senem
Plenum sacro cœlestis auræ spiritu,
 Et voce doctâ promere
Ventura fata, seu laudare prosperos
 Hominum labores, & Deum
Latag₃ lege præcepere, se velit
 Cantare primò & ultimò.
Hæc, docte Schedi sunt donata quæ tibi
 Corona poscit Laurea.
Sit ergò finis, & tuorum carminum
 Sit dulce principium DEUS,
Non falsa fulta, non incestus ignei
 Amor Iovis tuam decet
Chelyn, procul jocus facesat improbus
 Quo corrunt mores boni;
Sed casta, sed pios mores juvantia
 Tua semper ornent carmina.
Sic nomen obtinebis, sic Parnassici
 Collis ferre gloria.

honoris & amicitiæ causâ f.

Johannes Niebuer / Megapol: LI
Stud.

Kugl

Κυρίῳ Ήλίᾳ σχεδιώ πηγά
δάφνοφόρῳ συγχαίρειν:

ΩΣ πόνω δέσπολέω ἀθλον πρέπον ἐτιν -
πειθαρις

μὴ ἔργαιόμενοι σκαπονεῶσι μάθην.

Στας θυμοβαρῇ προστέμπειν αἴσιον ἐτιν

Τὴν δέσποτην τίμην καὶ κλέον ἀθάνατον.

Τὸν Σὺ ἐλόγιμε σχέδιος πολυφίλτατε φίλε
σκεπόμενον σπεδῆ εύδυνατῆ κραδίη.

Ἐκ τῷ παιδαρίῳ σμικρῷ μεράθηκες ἀληθῶς

Καὶ ἀκελβᾶς ροδέας τέχνας ἐλευθερίας

Αλλα μάλιστε γέροντον μάκρην Ποιήσει ἐδωκάσσει
Αμβερσοῦ τέχνη εὐγενέει τε λίαν.

Τένειν ἀπειστάμενος κεφαλῆφι προσάστατο
Ἄπολλάς

Τὰς καριάτιδας δάφνας δῆλα βερβεῖα πᾶ.

Συγχαρεῖσι οἱ ἔγω τάττα ποιήτα ἀγανέ,
ανθεῖν εὐχόμενον δάφνια φύλα αἵσι.

Χρυσοειδοτοίχου.

Ηλίῳ εὐσυνετὸς Δάφνην σχέδιος λάβει
ἀγνήν

Ενδοξον βιντον Ην ἑθη ἐσ κεφαλην.

Johannes VVitstochius, Pomer.

D

Non

Non nisi certanti pulchra est speranda corona,
Quam post insigni cum gravitate gerat.
Hoc quoq; gustasti certando Schedi adamande,
Ventum est, quod properas, præmia digna cape.
En tibi legitima titulum ratione parasti
Præmiaq; assidue sedulitatis habes.
En reliquis misis brevibus nunc aspice laurum
Quam tibi certanti Musa benigna dedit.
Perge, velut pergis, laudem venaberis amplam
Atq; piis capies præmia digna viris.
Præmia digna tibi capias virtute parata,
Artibus, ingenio, moribus, eloquio.

Amicæ gratulationis gratiâ scribebam
Georgius Zabelius, Scholæ Gustr.
Succentor.

En veteri vatum laudes de more solemus,
Dignaq; clarorum facta referre virum.
Qui relegunt veteranum præclara poëmata vatum,
Ac sacra Pegasei numina fontis amant.
Propterea incipiam summis te extollere votis,
Musæ cum palmarum hanc nunc tribuere tibi.
Laurea sarta parant Musæ ; dein carmina pangunt
Varniadum cætus ; jusq; decusq; datur.
Felix Aönidum quem tant a caterva sororum
Carmine certatim condecorare studebat.
Facta quis Æacidæ Mavortia nosset Achillie
Luce hac nî celebri carmine nota forent ?
Sicce tibi rediit merces quoq; digna laboris
Asidui & patrii gloria magna soli.

line

Hinc tibi prospicit honor, ut summus Iovah secundet
Comprecor, ac votis annuet ille natus.

Simon Heinrici, Varn. Meg.
Schol. Gustr. Coll:

Devoto ingenuarum artium Cultori,
Dn. ELIÆ SCHEDIO, &c.
Poëtæ coronato.

Ipsæ tibi gignis laudem, famamq; decusq;
Ingenio laudem, famamq; decusq; labore.
O nimium felix! o dextro numine cretus!
Insit a te facies vegetæ probat indolis: omnem
Consecras mentem studius, geniq; vigorem
Quam bellè! hinc laudem, famamq; decusq; merere.
Hinc tua Cæsaream meruere poëmat a laudem:
Hinc te perpetua dignatus Daphnide Phœbus.
O nimium felix Schedi dulcissima cura!
Profit honor tantus, maneant Laus, Fama, Decusa.

Scrib. RostochI,
Volrad Clotz, Lippia-VWestph.

O Schedi dilecte Deo, dilecte parenti,
Ingens spes patriæ, Pieridumq; decus!
Quâ reliqui vix bella gerunt, ætate triumphas,
Et circa collum laurea fert a geris.
Pompejus laudum cupidus Capitolia scandit
Curribus, hinc Magni commeruit titulum,
Sed titulus bellis, sed cæde & sanguine partus;
Vegum longe aliud est tibi laudis iter

Musarum in studiis tu tempora prima juvente
Consumis, felix iudicij atq; oneris.
Signa juventutis nondum umbravere labella
Plena & adhuc splendor lacteus oris adest,
Et tibi sert a parant jam jam frondentia Musæ
Fronte coronatâ, ut carmina docta canas.
Sit felix, sit faustus honor, tibi compreco, & sit
Majoris gradus ad culmen honoris. Ave
Ad properab. RostochI,
Henricus VVackenroder.

S Tans acie, pugnans, miles vincens ut & hostem,
Præmia digna petit, præmia digna capit :
Musarum in castris pugnans sic fortiter, ille
Præmia digna petit, præmia digna capit.
Hocce tuum probat exemplum Doctissime Schedi,
Desudans armis Palladis assidue.
Unde dedit nuper tibi digna brabeja laborum,
Tempora dum lauru cinxit ubiq; tua
A Winsen Doctor, clarus, Suadela Themislos
Clara, Palatinus Cæsareusq; Comes.
Ergo hic cedat bonos ut in omnipotentis honorem,
Atq; tui ipsius commoda, corde precor.
Honoris & Amoris ergo f.
Nicolaus Bacmeisterus, Rost: Meg.

M Oeonii à teneris fontis mox sedulus annis
Gustasti Latices, doctaq; Piéridum.
Assiduo studio volvisti scripta subinde,
Clara quibus facta est nominis aura tue.

Accipe

Accipe quapropter nunc pectore præmia lœto,

Ut LAURI cingat grata corona caput.

Sedulitatis enim summæ, magniq; laboris

A Musis, laudis grata corona datur.

Sic Amico suo applaudere voluit

Jacobus Anselius, Plav. Megap.

Dominus

Elias Schedius, Poëta Laureatus Cæsareus,

per avæxampmatismòv, abject. asp. &

xe in a & e resolut.

O Sali, & cape laudes aurea, tu es carus, se se,

O Amicorum, mihi quos fides, &

Mutui conjunxit amoris ardor,

Prime, mi Schedi bone, gestienti

Pectore gaudet,

O sali, & laudis cape sert a dignus

Aurea exhausti studii & laboris

Præmia, hæc cui carus es, ipse donat

Munera Phæbus

Ob sui cultum, chorus en sororum

Ter trium applaudit, tibi gratulatur

Triga, quam blando Charites vocarunt

Nomine prisca.

Clara cur Tu non animi sereni

Signa demonstres? facilis Dearum

Cui favet cætus, Charitesq; , nec non

Præses Apollo.

Nec minus gaudet mea Musa tecum

Qdecus ratum, tibi fausta quævis

D 3

Foperi

Voyet, & sese merito teneri

Fundere vota

Fatur haec: vivat, vigeatq; noster

Laurea donatus Apollinari

Schedius, semper velut alma Laurus

Floreat opto

Thomas VVismarus, Stetinensis.

Non multum Virtus celata, & inertia distant;

Sed sunt vicinis constituenda locis;

Nil recte fecisse juvat, nisi & hoc sciat alter,

Ignotusq; capit præmia nulla labor.

Ut distent ergo virtus & inertia, clare

Virtuti suus est attribuendus honos.

Victores celebres hinc reddit magna triumphè

Gloria, & adjiciunt laurea fert a decus.

Hinc tua, mi SCHEDI, virtus clarescit, Apollo

Quando tibi lauri tempora fronde notat.

Hinc quando ornaris titulis & honore Poëtæ

Clari; sit clarus Jam tuus ecce labor!

Ergo novos SCHEDI, merito tibi grator honores,

Quos tibi pro studiis turbæ novena tulit.

Et precor, ut titulus tibi sit novus iste salubris

Et tua laus volitet multa per ora Virum.

Jacobus Polichius, Parchimo-Me-
gapoli; S.S. Theol. Stud.

Cum jam scribendis, SCHEDI, consumperis annos
In metris multos, atq; labore tue

Atti-

artigeris tandem spacia infixa æ ultima metæ?
Non modo serra dedit laurea APOLLO tibi,
Quævis vertex rotus nidecere cœpit ut aurum,
Ast et iam quando Filius ipse DEI
Letitiae imponet sertum, si scribere pergas,
Quæ proba quæ pia sunt, hoc precor ipse tibi.

Paulus Grantzius, Grabov. Meg:

Non tales Arabum fœlicia rura recondunt
Divitias, neye unda Tagi, quæ fulva metallæ
Faucibus eructat plenis & divite cornu,
Quales alma suis VIRTUS cultoribus offert.
Illa etenim pereunt, horaq fugace teruntur,
Et fluitant, veluti quæ sortis cæca lubido
Pro lubitu haud æquo semper moderamine vorsat^s
At VIRTUTIS opes nullo vincuntur ab ævo,
Sed durant superis Diis æquiparabile tempus.
Hinc merito, SCHEDI, generosa mente beatas
Sternis opes Arabum, Fortuna & munera sternis
Divitias quærens Virtutis. At illa labore
Eius amicitiam, dona & sudore petentes
Nunquam reppulsam patier finit: Illa virentem
Nunc igitur LAURUM tibi sacro & flore paravie,
Gratulor ex animo. Tu tantum audentior ito;
Immarcessibiles tibi conciliabit honores
LAURUS, posteritas quos tollet laude futura.

Bartholdus Gerdes, VVismar.

In

In Lauream Poëticam, &c.


Ardua, non torpor, virtus sudore parata
Ætheris egregios vexit ad astra Viros,
Ingenuas igitur mentem formare per artes
Sit grave, conspicui culmen honoris habet.
Interit argentum, fulvum consumitur aurum,
Et Tyriæ vestes, purpureæq; togæ.
Inconstans spes fallit, opes, Fortuna Favorg;
Fallunt, ex studiis gloria parta manet.
Gaude ergo ELIA, longè charissime AMICE
Gaude, dum capiti Laurus odora datur.
Hunc meritum mea Musa tibi gratatur honorem,
Quodq; tuis studiis præmia digna capis.
Tu virtute tua partim Clarissime sertum
OSchedi felix ferq; valeq; diu.

Zacharias Schofius, Luneb.

Ad Momum.

Cur tibi Mome locus siet haud in fronte libelli
Mirari noli, livide, causa subest.
Adlatrare soles, & rodere clara Vironum
Nomina, livori prostat & omne tuos
Hic morde, hic latra, partes canis atq; fidelis
Suscipe, ne damnum quis duit, atq; vide.
Baubanti offa cani debetur: quid tibi? Mercede
Enfusis quernus digna laboris erit.

ELIAS G. F. SCHEDIUS P. L. C.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728215691/phys_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728215691/phys_0061)

DFG

Fr. Neppieu,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.




*attigeris tandem spacia infixa
Non modo serra dedit laurea
Quem vertex torus nidescere ca
Ast etiam quando Filius ip
Latitiae imponet sertum, si ser
Quae proba quae pia sunt, hoc*

Paulus Grantzius

*Non tales Arabum fælicia
Divitias, neve unda Tagi, e
Faucibus eructat plenis & dir
Quales alma suis VIRTUS cul
Illa etenim pereunt, horaq fug
Et fluitant, veluti quæ sortis
Pro lubitu haud æquo semper
At VIRTUTIS opes nullo vinc
Sed durant superis Diis æquip
Hinc merito, SCHEDI, genero
Sperni opes Arabum, Fortun
Divitias quærens Virtutis.
Eius amicitiam, dona & sud
Nunquam reppulsam patier
Nunc igitur LAURUM tibi s
Gratulor ex animo. Tu tant
Immarcessibiles tibi concilia
LAURUS, posteritas quos to*

Bartholdus Ge



the scale towards document